



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XX. De Donatione inter virum & uxorem: & de date post divortium  
restituenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

clericali impetrare, ut quoad thorum à conjugē separaretur. Sic & separatio fit propter adulterium, nisi uterque pari vitio laboret, quia paria delicta mutuā compensatione tolluntur. Item iusta quoque causa est divortii, si alter in alterum saeviat nimium, si alter alterum impellat ad peccatum mortale.

*c. 2. G. 1. de illa 6. h. t. c. 4. G. 3. c. 1. c. pen. G. 1. inf. de adul. d. c. 7. vers. si eo nimo aliter.*

De donatione inter virum & uxorem: & de dote post divortium restituenda.

TIT. XX.

Divortium sequitur repetitio dotis tamquam causa incidens, si ex licita causa fuerit facta separatio & divortium solemniter celebratum.

*c. 1. 2. G. 3. h. t.*

Quid est Dos?

*l. pro onerib.*

Est donatio, qua ab uxore, aut alio uxoris nomine, fit marito ad sustinenda opera matrimonii. Quae propterea matrimonio constante repeti non potest, nisi maritus labatur facultatibus.

*20. C. de jure del. Si constate 24. D. soluto matrim.*

*Quid Donatio propter nuptias?*

Est donatio illa . quæ vel à sponsa ,  
vel ab alio sponsi nomine fit sponsæ ,  
vel etiam , quæ constante matrimonio à  
marito fit uxori . in securitatem dotis .  
Eò enim spectat hæc donatio , ut habeat  
uxor , si fortè dos culpâ mariti pereat ,  
vel deterior fiat , unde eam recupe-  
ret .

*Quid si igitur per sententiam iudicis ma-  
trimonium pronuntietur  
esse nullum ?*

*l. 3. D. de  
jure dot.  
c. 2. 5.  
& c. fin.  
h. tit.*

Tunc & dos erit nulla; quia ubicum-  
que matrimonii nomen non est . ibi nec  
dos est, restituenda propterea uxori . nec  
etiam donatio propter nuptias , resti-  
tuenda marito . Sed & bona constant  
matrimonio communiter acquisita uxori  
& maritus inter se dividere debent .

*Quid si divortium fiat quoad thorum  
duntaxat ?*

Tunc qui peccavit punitur amissio-  
ne suæ dotis . vel donationis propter  
nuptias; veluti uxore in adulterium lapsa  
sa , maritus innocens dotem lucratur .  
ideoque non est cogendus illam restituere .

re: & contra uxor marito adultero lu-  
tur donationem propter nuptias. *c. 4. h. t.*

*Quid de donationibus, qua extra causas  
dotis vel donationis propter nuptias  
fiunt inter conjuges consen-  
dum?* *c. ult. h. t.*

Ex ex causa divortii, siue quoad vin-  
culum, siue quoad thorum duntaxat,  
cessantur tacite revocatae. Nam licet do- *d. c. ult.*  
nationes ejusmodi utroque jure sint *§. l. 1. D.*  
prohibita, tamen si non fuerint revoca- *eod. tit.*  
tae, confirmantur morte donatoris, *l. Sed in-  
terim 11.*

*Morte alterutrius soluto matrimonio an  
tunc dos ac donatio propter nup-  
tias restitui debebit?* *§. D. eod.*

Omnino idque vel superstite, vel ejus *d. c. ult. in  
verb. nisi*  
haredibus: nisi vel pacto conjugum, vel *de con-  
suet. §. c.*  
statuto, vel consuetudine aliud obtine- *l. Si con-  
venit 6.*  
at; quia licet conjugibus pacisci inter se, *§. l. 9. C.*  
in altero eorum forte sine liberis mor- *de pact.*  
tuo superstes vel dotem, vel donatio- *convenit*  
nem propter nuptias lucretur, eamque *d. l. 9. §.*  
vel integram, vel saltem aliquam par- *d. c. 4.*  
tem, quae dicitur lucrum nuptiale, Pont.  
appellat *Dotalegium* Pragmatici vulgo  
*Donarium.*